

Ad Communionem

Ps. 102 Benedic anima

1. Bé - ne - dic á - ni - ma me - a Dó - mi - no,\* et ómni - a quæ in - tra  
me sunt, nó - mi - ni san - cto e - jus. 2. Bé - ne - dic á - ni - ma me - a  
Dó - mi - no: \* et no - li o - bli - vi - sci omnes re - tri - bu - ti - ó - nes e - jus.

3. Qui propitiatur ómnibus iniquitatibus tuis: \* qui sanat omnes infirmitates tuas.

4. Qui rédimit de intéritu vitam tuam : \* qui coronat te in misericordia et miserationibus.

5. Qui replet in bonis desidérium tuum : \* renovabit ut aquilæ juventus tua:

6. Fáciens misericordias Dominus : \* et iudicium ómnibus injúriam patiéntibus.

7. Notas fecit vias suas Moysi, \* fíliis Israël voluntates suas.

8. Miserator et miséricors Dominus : \* longánimis et multum miséricors.

9. Non in perpétuum irascetur : \* neque in aeternum communabatur.

10. Non secundum peccata nostra fecit nobis: \* neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

11. Quóniam secundum altitudinem cœli a terra: \* corroboravit misericordiam suam super timentes se.

12. Quantum distat ortus ab occidente : \* longe fecit a nobis iniquitates nostras.

13. Quómodo miseretur pater filiorum, + misertus est Dóminus timéntibus se: \* quóniam ipse cognovit figmentum nostrum.

14. Recordátus est quóniam pulvis sumus : + homo, sicut foenum dies ejus : \* tamquam flos agri sic efflorébit.

15. Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subsistet : \* et non cognoscet amplius locum suum.

16. Misericordia autem Dómini ab aeterno, \* et usque in aeternum super timentes eum.

17. Et justitia illius in fílios filiorum, \* his qui servant testamentum ejus :

18. Et némores sunt mandatórum ipsius, \* ad faciendum ea.

19. Dóminus in cœlo parávit sedem suam : \* et regnum ipsius ómnibus dominabitur.

20. Benedícite Dómino omnes Angelí ejus : + poténtes virtute, facientes verbum illius, \* ad audiéndam vocem sermonum ejus.

21. Benedícite Dómino omnes Virtutes ejus : \* ministri ejus, qui fáctis voluntatem ejus.

22. Benedícite Dómino ómnia ópera ejus : + in omni loco dominationis ejus, \* bénedic áнима mea Dómino.

23. Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui Sancto.

24. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \* et in sæcula sæculorum. Amen.